

Preller R. Myth. I p. 101 (ed. 3). — 4) Littera iam dimidiata incertum utrum T. fuerit an P; hoc praetuli qui nuper vidit Bormann. — 5) Sic videtur legendum esse, quamquam secunda littera ad d proprius accedit quam ad o (punctum ante f non certum est). — 6) Punctum inter et Sta et Tetio non certum. Intellege: Staius Tettius. — 7) Particulam litterae g vidit Bormann. — 8) Intellege: Matronae Pisaurenses (in fine horum vocabulorum possunt periisse singulae litterae). — 9) Versus tres postremi postea additi esse videntur. — 10) Intellege: Libero. Ceterum hic lapis multo postea repertus est, neque plane similis eorum qui praecedunt.

2984 Anabestas¹.

2985 Remureine.

Romae in monte Palatino rep. columellae ex lapide Albano (VI 21. 566 cf. 50794 hanc vidit Huelsen, delineavit Huebner ex. scr. ep. n. 94). Certe N. 2893 (sed sine dubio etiam N. 2894), testibus ipsis litteris (cf. Huelsen et Huebner l. c.), non ea aetate incisa est cuius esse se simulat, sed saec. p. Chr. primo, fortasse temporibus Claudii. — 1) Dativus pluralis videtur esse, ut Corniscas infra N. 2986. Ipsa numina ignota.

2986 devas | Corniscas¹ | sacrum.

Romae rep. trans Tiberim sub Ianiculo (I 844. VI 96 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) Memorat divas Corniscas et eorum sacellum Transtiberinum Festus ep. p. 64.

2987 Coronicei | T. Terentius L. C. I. donom | mereto dedet.

Romae, parva basis rotunda lapidis calcarei, nunc Lipsiae (VI 50858 vidit Mommsen; delineavit Huelsen Roem. Mitth. 1895 p. 63). De numine praeterea ignoto cf. Huelsen l. c. p. 64.

2988 Vediovei¹ patrei² | genteiles Iuliei³. (In latere) Vedi[ovei]⁴ aara (in parte postica) leege Albana⁵ dicata.

Bovillis rep., iam Romae, ara formae vetustae (I 807. XIV 2387 recognoverunt Huelsen et Mau; Ritschl tab. LVI f). — 1) De Vediove cf. Preller Roem. Myth. ed. 3 I p. 262 cum notis Jordani. — 2) Patrei vocabulum postmodum additum esse ex collocatione patet. — 3) Iuliorum sacra gentilicia antiquitus Bovillis fieri solita esse colligi potest ex Tac. a. 2, 41. — 4) Haec antiquitus erasa, scilicet errore posita a quadratario et mox sublata. — 5) Iulii ex Alba oriundos se putabant, et ipsi Bovillani Albani Longani vel erant vel dicebantur (cf. C. I. L. XIV p. 234), unde non mirum aram hanc dicatam eis legibus quae Albae in usu fuisse putabantur.

2989 [M. Aim]ilio M. f., C. An . . .¹, | [prai]toris pro po[plod] | . . . ti² Diove dede[re].

Romae empta, lamella aerea, sed incertum num Romae reperta, nunc in museo Berolinensi (I 488. VI 136; Ritschl priscae Lat. suppl. tab. II f). Supplementa sunt Mommseni. — 1) Aut An . . . fuit aut Am . . . — 2) [Di]ti supplevit Mommsen putans Ditem non diversum esse a Vediove; sed cf. Jordan ap. Prellerum Roem. Myth. ed. 3 II p. 65 not. 3.

2990 Diuei¹ | Ardea|tes².

In summo monte Albano (Monte Cavi) rep., est Romae (XIV 2231 correxit Huelsen Roem. Mitth. 1895 p. 65). — 1) Primam litteram d fuisse formae peculiaris